



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Imp. nimis mitis Lutheranis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

DIETAB PLVS NOCENT FIDEI.

Timo. 2. numerus eorum per miras practicas fiat maior, per funestas & exitiales ligas, iniqua fœdera, in & extra Imperium, impietas eorum sit maior, quid conuentus agimus & indicamus deitas cum testentur tam aperte, tam manifeste, se obdurate, nolle cedere, vt omnia colloquia & Comitia ranorum. Obdurate, nolle cedere, vt omnia colloquia & Comitia sint nobis frustratoria. Ipsi autem semper curant, vt secta eorum fiat auctior, & populum loci seducant; sicut Augus-  
tina contigit, vbi ciuitas ab initio non esset admodum per-  
tinax, sed promitterent se adhæsuros Cæsari & conclusio-  
ni ordinum Imperij: in fine neutrum volebat facere. Quid  
Ratisponæ. promouit Cæsar Augustus iam Ratisponæ, dum perue-  
sos Lutheranorum prædicatores permisit prædicare in do-  
mibus: vt iam contra, quam Cæsari promiserant, publice  
Lutherismum acceptarint, & nouam ordinationem contra  
ecclesiam fecerint: Nimia ergo licetia & indulgentia Imp.  
Augusti, quia non punit sigillifragos, præbet incentium  
delinquendi. Non ista obijcio Cæsari, sed Bucero, vt Cæs-  
sipœnitere debet, plus suppeditat nimia permisso, licet Au-  
gustale caput non iudico, sed potius arbitrer mitissimum  
Imperator mitissi principem, tam amantem pacis, vt mallet prius omnem la-  
tus. / pidem mouere, q̄ officium Imperatorium in schismaticos  
& rebelles exercere.

Victoria, virtus & honor Cæs. M. Carolo. V. a.  
deo coronato.

AD QVARTVM CRIMEN.

Dux Vuilhelmi patro-  
nus Eckii. **A**ffirmat dein me electū contēplatione principis mel-  
illustriſſ. D. Vuilhelmi comitis Palatini, Rheni ac su-  
perioris & inferioris Bauariae ducis &c. & hoc bene, vt Ee-  
kius talē habeat principem, quē tanti faciat Imperij rector  
Cæsar, & princeps talem habeat Theologum Eckium, quo  
Imperator in grauissimo negocio fidei possit vti. At scors  
picio mox pungit: alioqui Eckiu nō fuisse deputatū, q̄ tā no-  
ta sit ambitio eius & impura vita. In vtroq; mēriti Bucer, vt  
sequentl

sequentis responsione luculenter comprobabo.

## AD QVINTVM CRIMEN.

**C**Vm adducit plausta calumniarū, quia nemo débeat  
mecū manducare, respondeo per ordinem. In Biblia  
nullib[us] prohibetur q[uod]s māducare cū Eckio, sed hoc legimus:  
Si quis ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publi-  
canus. Quare Bucerus ecclesiā non audiens nisi malignan-  
tiū, pro ethnico habendus est. Legimus Christū dixisse di-  
scipulis: Qui vos spēnit, me spēnit, quod nedum de apo-  
stolis est intelligendū, sed etiā successoribus. Quare Bucer  
est contemptor Christi, quia contemnit pontificē & legie-  
timos successores apostolorū. Et cum iā plus viginti annis  
Bucer obſorduit in excommunicatione, nec cogitauit, nec  
petiit absolutionē à diabolo poffessus, ideo ab omnī catho-  
lico est vitandus sub peccato mortali. Nā quia Luther nō  
habet verā doctrinā ecclesiæ, sed hærefiarcharū, Hussi, Vvi-  
elephi, Vigilantij, Louiniāni Epicurēi, ideo dicamus ei illud  
Ioannis: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinā non affert,  
ne recipiatis eum in domum, nec ave ei dixeritis. Qui enim  
dicit illi ave, cōmunicat operibus illius malignis. Ecce præ-  
dixi vobis. Et de excōmunicatis p̄cipit Paulus, non sumen-  
dum cibum cum illis. Traditi enim sunt diabolo in interi-  
tum carnis. Et excōmunicato non cōmunicandum Paulus  
p̄cepit. Non cōmisceamini cum illo, vt cōfundatur. Et Moy-  
ses dixit turbæ: Recedite à tabernaculis hoīm impiorum,  
& nolite tangere, quæ ad eos p̄tinent, ne inuoluamini pec-  
catis impiorum. Cum ergo Bucer sit excōmunicatus hære-  
ticus iā viginti annis, & singulis annis in cœna dñi traditus  
fit diabolo, & ideo ab omnibus Christianis de iure diuino  
& positivo vitandus: audet tamen temere Christianis inhī-  
bere, ne cum catholicō Eckio cōmunicent, de gratia dei ab  
ecclesia macrone excommunicationis nō p̄ciso, sicut resectus  
est putridum mēbrum Bucer.

Mat. 18

Luc. 10

Bucer ex  
communi-  
catus.

2. Ioan. 2

1. Cor. 1

2. Theſſ. 5.

Nume. 10

xx. q. 3. cō  
excommu-  
nicato.c. sicut ait,  
de hæreti-  
cis.

N ī Pri